

Reveren-
dus Domi-
nus Præ-
cep. Joh.
Piscator in
expo. Cat.
præcept. 5.
& Tilenus
disp. 44.
Perkinsus.

Eph. 6,2.

tur honos, *Mente, Affectu, Gestu, Sermone,*
& opere. Nec liberant inferiores ab hoc de-
bito superiorum vicia. Officium enim à
persona discernendum. *Vitia personarum*
detestanda: officium propter divinam ordi-
nationem honorandum.

34 Promissio mandato annexa, est vita
longæva, non tam ex diuturno & longo
tempore, quam ex Dei benedictione æsti-
manda.

35 Hic queritur, quo sensu Apostolus
dicat, præceptum hoc esse primum cum
promissione, cum præceptum 2. promis-
sionem illustrem habeat? Respon. Apo-
stolus intelligit, præceptum primum cum
promissione scil. in tabula secunda. Alii
respondent, (quod nobis nondum placet)
cum promissione peculiari. Secundum e-
nim præceptum habet misericordia promis-
sionem in mille generationes, sed uni-
versalem. Vide annotat. ad loc. Ephesios
adject. interpret. Theo. Bezæ. Rursum qua-
ritur, Cur Deus huic solùm secundè tabule
præcepto promissionem addiderit? Resp.
1. ut hac promissione inferiores ad obser-
vantiam majorum magis alliceret. 2. ut te-
staretur quanti honorem parentibus debi-
tum æstimaret. 3. Quia obedientia erga pa-
tentibus est præparatio ad obediētiam totius
tabulæ